





**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1985**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may affect any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:  
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par la second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

errata  
to

pelure,  
on à



32X

Bibliothèque,  
Le Séminaire de Québec,  
3, rue de l'Université,  
Québec 4, QUE.



UNIVERSITY OF QUEBEC LIBRARY  
3, RUE DE L'UNIVERSITÉ  
QUÉBEC, P. Q. G1K 3K1

24 Liturg. N° 4

OFFICE  
DE  
**NOTRE-DAME,**

A

**MATINES**

ET

**A LAUDES,**

**A L'USAGE DES CONGRÉGATOINS DE LA SAINTE-VIERGE.**



QUÉBEC,  
IMPRIMERIE D'AUGUSTIN COTÉ ET CIE.

1858.



ne  
al  
ni  
ut  
va  
di  
no

ip  
he

L

D  
si  
fo  
v  
r  
p  
A

r

D

## PRIÈRE AVANT L'OFFICE.

Aperi, Domine, os nostrum ad benedicendum nomen sanctum tuum : munda quoque cor nostrum ab omnibus vanis, perversis, et alienis cogitationibus ; intellectum illumina, affectum inflamma, ut dignè, attentè, ac devotè hoc officium recitare valeamus, et exaudiri mereamur antè conspectum divinæ majestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Domine, in unione illius divinæ intentionis, quâ ipse in terris laudes Deo persolvisti, has tibi horas persolvimus.

---

## PRIÈRE APRÈS L'OFFICE.

*Le pape Léon X. a accordé à ceux qui réciteront dévotement cette prière, la rémission de toutes les fautes et négligences commises involontairement pendant l'Office.*

Sacro-sanctæ et individuæ Trinitati, crucifixi Domini nostri Jesu Christi humanitati, beatissimæ, et gloriosissimæ, semperque virginis Mariæ fœcundæ integritati, et omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria ab omni creaturâ, nobisque remissio omnium peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. R. Amen.

V. Beata viscera Mariæ virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

R. Et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum. Pater noster, &c. Ave, Maria, &c.



## ORAISON DE LA CONGRÉGATION.

**SAINTE Marie, mère de Dieu et toujours Vierge, Je N. vous choisis aujourd'hui pour ma mère, ma patronne et mon avocate ; je promets fermement de ne jamais abandonner votre service, et de ne jamais rien dire ni faire qui soit contre votre honneur, ni de permettre que ceux qui dépendent de moi l'offensent jamais en rien : je vous supplie donc très-affectueusement qu'il vous plaise me recevoir pour votre fidèle serviteur (ou servante) : assistez-moi en toutes mes actions, et ne m'abandonnez point à l'heure de ma mort. Ainsi soit-il.**

---

### MÊME PRIÈRE POUR TOUTE LA CONGRÉGATION.

**SAINTE Marie, mère de Dieu et toujours Vierge, nous vous choisissons aujourd'hui pour notre mère, notre patronne et notre avocate : nous promettons fermement de ne jamais abandonner votre service, et de ne jamais rien dire ni faire qui soit contre votre honneur, ni de permettre que ceux qui dépendent de nous l'offensent jamais en rien : nous vous supplions donc très-affectueusement qu'il vous plaise nous recevoir pour vos fidèles serviteurs (ou servantes) : assistez-nous en toutes nos actions, et ne nous abandonnez point à l'heure de notre mort. Ainsi soit-il.**

---

# L'OFFICE DE NOTRE-DAME, A MATINES.

*Le Prêfet commence :*

**Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.**

*Les autres continuent :*

Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus  
ventris tui Jesus.

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in horâ mortis nostræ.

R. Amen.

*Cette prière se dit au commencement de tous les offices de Notre-Dame.*

P. DOMINE, labia mea aperies, (*Tous répondent*) Et os meum annuntiabit laudem tuam.

P. Deus, in adjutorium meum intende.

*1er. chœur.* Domine, ad adjuvandum me festina.

*2d. chœur.* Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto ;

*1. ch.* Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

*Tous.* Alleluia, ou depuis la Septuagesime jusqu'au Jeudi-Saint : Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

INVITATOIRE.

LL. Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

*Les autres :* Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

PSAUME 94.

LL. VENITE, exultemus Domino, jubilemus Deo, salutari nostro ; præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.

*Tous.* Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

LL. Quoniam Deus magnus Dominus, et Rex magnus super omnes deos; quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ; et altitudines montium ipse conspicit.

Dominus tecum.

LL. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus. (*On s'agenouille*) Venite, adoremus, et procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos; quia ipse est Dominus Deus noster, (*On se relève*) nos autem populus ejus, et oves pascuæ ejus.

Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

LL. Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea.

Dominus tecum.

LL. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, et dixi: Semper hi errant corde; ipsi verò non cognoverunt vias meas, quibus juravi in irâ meâ, si introibunt in requiem meam.

Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.

LL. Gloria Patri, et Filio, etc.

*Tous.* Dominus tecum.

LL. Ave, Maria, gratiâ plena, (*Tous.*) Dominus tecum.

HYMNE.

P. QUEM terra, pontus, sidera

1er. *chœur.* Colunt, adorant, prædicant,

Trinam regentem machinam,

Claustrum Mariæ bajulat.

2d. *chœur.* Cui luna, sol et omnia

Deserviunt per tempora,

Perfusa Cæli gratiâ,

Gestant Puellæ viscera.

1er. *ch.* Beata Mater munere,

cum.  
Rex  
pellet  
sunt  
ipse

illud,  
age-  
ante  
quia  
nos

obdu-  
ecun-  
erunt  
opera

ationi  
i verò  
in irâ

minus

Cujus supernus Artifex,  
Mundum pugillo continens,  
Ventris sub arcâ clausus est.

*2d. ch.* Beata Cœli nuntio,  
Fœcunda Sancto Spiritu,  
Desideratus gentibus  
Cujus per alvum fusus est.

*1er. ch.* Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre et almo Spiritu,  
In sempiterna sæcula. Amen.

---

### I. NOCTURNE.

*Ant.* I. L. Benedicta tu. I. A. Benedicta tu.

PSAUME 8.

I. A. DOMINE Dominus noster,\* *1er chœur.*  
Quàm admirabile est nomen tuum in universâ  
terrâ!

*2d. ch.* Quoniam elevata est magnificentia tua  
\* super cœlos.

Ex ore infantium et lactentium perfecisti lau-  
dem, propter inimicos tuos; \* ut destruas inimi-  
cum et ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum  
tuorum; \* lunam et stellas quæ tu fundâsti.

Quid est homo, quod memor es ejus? \* aut filius  
hominis, quoniam vîsitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ et  
honore coronâsti eum; \* et constituisti eum super  
opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus: \* oves et  
boves universas, insuper et pecora campi.

Volucres cœli et pisces maris, \* qui perambulant  
semitas maris.

Domine Dominus noster, \* quàm admirabile est  
nomen tuum in universâ terrâ!

Gloria Patri, etc.

*Tous. Ant.* Benedicta tu in mulieribus, et bene-

dictus fructus ventris tui.

*Ant.* 2. L. Sicut myrrha. 2. A. Sicut myrrha.

PSAUME 18.

2. A. CÆLI enarrant gloriam Dei, \* 2. *ch.* Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

1. *ch.* Dies diei eructat verbum, \* et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, \* quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum \* et in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum; \* et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendam viam; \* à summo cælo egressio ejus.

Et occursum ejus usquè ad summum ejus; \* nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertens animas: \* testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.

Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: \* præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: \* judicia Domini vera, justificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, \* et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea: \* in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, \* et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint domiati, tunc immaculatus ero, \* et emundabor à delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei; \* et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine, adjutor meus, \* et redemptor meus.

Gloria Patri, etc.

*Tous.* *Ant.* Sicut myrrha electa, odorem dedisti suavitatis, sancta Dei Genitrix.

*Ant.* 1. L. Ante torum. 1. A. Ante torum.

PSAUME 23.

1. A. DOMINI est terra et plenitudo ejus : \* *1er. ch.* Orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.

*2d. ch.* Quia ipse super maria fundavit eum, \* et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini ? \* aut quis stabit in loco sancto ejus ?

Innocens manibus, et mundo corde, \* qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo promixto suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino, \* et misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, \* quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas, principes, vestras ; et elevamini, portæ æternales ; \* et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas, principes, vestras ; et elevamini portæ æternales ; \* et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ ? \* Dominus virtutum : ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Tous. Ant.* Ante torum hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

*Le verset, l'absolution, les trois leçons, et les trois répons propres du temps, sont à la fin du troisième nocturne, page 11.*

---

II. NOCTURNE.

*Ant.* 1. L. Specie tuâ. 1. A. Specie tuâ :

PSAUME 44.

1. A. ERUCTAVIT cor meum verbum bonum : \*

1. *chœur.* Dico ego opera mea Regi.

2. *ch.* Lingua mea calamus scribæ, \* velociter scribentis.

Speciosus formâ præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : \* propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, \* potentissime.

Specie tuâ et pulchritudine tuâ \* intende, prospere procede, et regna.

Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : \* et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, \* in corda inimicorum Regis.

Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi : \* virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem : \* propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis : \* ex quibus delectaverunt te filiæ Regum in honore tuo.

Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato : \* circumdata varietate.

Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam ; \* et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum : \* quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus : \* vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnia gloria ejus filiæ Regis ab intus : \* in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam : \* proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitiâ et exultatione : \* adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : \* constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui, \* in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebantur tibi in æternum, \* et in sæculum sæculi.

Gloria Patri, etc.

*Tous. Ant.* Specie tuâ et pulchritudine tuâ intendente, prosperè procede, et regna.

*Ant.* 2. L. Adjuvabit eam Deus. 2. A. Adjuvabit eam Deus.

PSAUME 45.

2. A. DEUS noster refugium et virtus: \* 2. *chœur.* Adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis.

1. *ch.* Propterea non timebimus dum turbabitur terra,\* et transferentur montes in cor maris.

Sonnerunt et turbatæ sunt aquæ eorum: \* conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: \* sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: \* adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ sunt gentes et inclinata sunt regna: \* dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: \* susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram,\* auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret et confringet arma,\* et scuta comburet igni.

Vacate et videte, quoniam ego sum Deus,\* exaltabor in gentibus et exaltabor in terrâ.

Dominus virtutum nobiscum; \* susceptor noster Deus Jacob.

Gloria Patri, etc.

*Tous. Ant.* Adjuvabit eam Deus vultu suo; Deus in medio ejus, non commovebitur.

*Ant.* 1. L. Sicut lætantium. 1. A. Sicut lætantium.

PSAUME 86.

1. A. FUNDAMENTA ejus in montibus sanctis: \*

1. *ch.* Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

2. *ch.* Gloriosa dicta sunt de te,\* civitas Dei.



Memor ero Rahab et Babylonis \* scientium me.  
Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum : \* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et homo natus est in eâ ; \* et ipse fundavit eam Altissimus ?

Dominus narrabit in scripturis populorum et principum : \* horum qui fuerunt in eâ.

Sicut lætantium omnium \* habitatio est in te.

Gloria Patri, etc.

*Tous.* *Ant.* Sicut lætantium omnium nostrû.n habitatio est in te, Sancta Dei Genitrix.

*Le verset, l'absolution, les trois leçons et les trois répons sont à la fin du troisième nocturne, page 11.*

---

### III. NOCTURNE.

*Ant.* 1. L. Gaude, Maria Virgo. 1. A. Gaude,  
Maria Virgo.

PSAUME 95.

1. A. CANTATE Domino canticum novum : \*  
*1er. chœur.* Cantate Domino, omnis terra.

*2d. ch.* Cantate Domino, et benedicite nomini ejus : \* annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus, \* in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus et laudabilis nimis ; \* terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia : \* Dominus autem cælos fecit.

Confessio et pulchritudo in conspectu ejus : \* sanctimonia et magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino, patriæ gentium, afferte Domino gloriam et honorem : \* afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, et introite in atria ejus ; \* adorate Dominum in atrio sancto ejus.



Commovetur à facie ejus universa terra : \* dicite in gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : \* judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli et exultet terra : commoveatur mare et plenitudo ejus ; \* gaudebunt campi et omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie Domini, quia venit ; \* quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate : \* et populos in veritate suâ.

Gloria Patri, etc.

*Tous. Ant.* Gaude, Maria Virgo : cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

*Ant.* 2. L. Dignare. 2. A. Dignare.

PSAUME 96.

2. A. Dominus regnavit, exultet terra : \* 2. *ch* Lætentur insulæ multæ.

1. *ch.* Nubes et caligo in circuitu ejus : \* justitia et judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet ; \* et inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : \* vidit et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini ; \* à facie Domini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus : \* et viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes qui adorant sculptilia, \* et qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : \* audivit, et lætata est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ, \* propter judicia tua, Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram ; \* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : \* custodit Dominus animas Sanctorum suorum ; de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde lætitia.  
Lætamini, justi, in Domino: \* et confitemini  
memoriæ sanctificationis ejus.

Gloria Patri, etc.

*Tous. Ant.* Dignare me laudare te, Virgo sa-  
crata; da mihi virtutem contra hostes tuos

*Ant.* 1. L. Post partum. 1. A. Post partum.

*Pendant l'Avent. Ant.* 1. L. Angelus Domini.  
1. A. Angelus Domini.

PSAUME 97.

1. A. CANTATE Domino canticum novum, \* 1.  
*ch.* Quia mirabilia fecit.

2. *ch.* Salvavit sibi dextera ejus, \* et brachium  
sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare suum: \* in cons-  
pectu gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, \* et veritatis  
suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ \* salutare Dei  
nostri.

Jubilate Deo, omnis terra: \* cantate, et exul-  
tate, et psallite.

Psallite Domino in citharâ, in citharâ et voce  
psalmi: \* in tubis ductilibus et voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu regis Domini: \* moveatur  
mare et plenitudo ejus, orbis terrarum et qui habi-  
tant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exul-  
tabunt à conspectu Domini; \* quoniam venit judi-  
care terram.

Judicabit orbem terrarum in justitiâ: \* et popu-  
los in æquitate.

Gloria Patri, etc.

*Tous. Ant.* Post partum, Virgo, inviolata per-  
mansisti; Dei Genitrix, intercede pro nobis.

*Pendant l'Avent. Tous. Ant.* Angelus Domini  
nuntiavit Mariæ, et concepit de Spiritu Sancto.

V. LL. Diffusa est gratia in labiis tuis:

R. *Tous.* Propterea benedixit te Deus in æter-  
num.

P. Pater noster, etc.  
V. P. Et ne nos inducas, etc.  
R. *Tous.* Sed libera nos à malo.

ABSOLUTION.

P. **PRECIBUS** et meritis beatæ Mariæ semper Virginis et omnium Sanctorum, perducatur nos Dominus ad regna cælorum. R. *Tous.* Amen.

V. I. L. Jube, Domne, benedicere.

*Bén.* P. Nos cum prole piâ benedicat Virgo Maria. R. *Tous.* Amen.

*On dit les trois leçons suivantes depuis Noël jusqu'à l'Avent ; et durant l'Avent on dit les trois leçons qui sont après le Te Deum, p. 14.*

I. LEÇON. *Eccl. 24. V. 11.*

I. L. In omnibus requiem quæsi, et in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit et dixit mihi Creator omnium, et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi : In Jacob inhabita, et in Israel hæreditare, et in electis meis mitte radices. (*Génuflexion*) Tu autem, Domine, miserere nobis. R. *Tous.* Deo gratias.

R. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio : \* Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

V. I. L. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui ; \* *Tous.* Quia quem cæli capere, etc.

V. 2. L. Jube, Domne, benedicere.

*Bén.* P. Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. R. *Tous.* Amen.

II LEÇON.

2. L. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate sanctificatâ similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea. (*Génuflexion*) Tu autem, Domine, miserere nobis.

R. *Tous.* Deo gratias.

R. Beata es, Virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi : \* Genuisti qui te fecit, et in æternum permanes Virgo.

V. 2. L. Ave Maria, gratiâ plena ; Dominus tecum. \* *Tous.* Genuisti qui te, etc.

*Quand on doit dire le Te Deum, on dit à la fin de ce Répons :*

V. 2. L. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. \* *Tous.* Genuisti qui te, etc.

(*Tous se lèvent.*) V. P. Jube, Domne, benedicere.

*Bén.* 1. A. Per Virginem Matrem concedat nobis Dominus salutem et pacem. R. *Tous.* Amen.

III LEÇON.

P. QUASI cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxtâ aquas in plateis ; sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi : quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. (*Génuflexion*) Tu autem, Domine. miserere nobis. R. *Tous.* Deo gratias.

*On ne dit point le Te Deum durant l'Avent, ni depuis la Septuagésime jusqu'à Pâques, excepté aux fêtes de la Ste. Vierge ; et alors on dit le Répons suivant.*

R. *Tous.* Felix namque es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima : \* Quia ex te ortus est Sol justitiæ Christus Deus noster.

V. P. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

\* *Tous.* Quia ex te ortus est Sol justitiæ.

P. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

\* *Tous.* Christus Deus noster.

*On ne dit point le Répons précédent, quand on dit le Te Deum.*

*Hymne de S. Ambroise et de S. Augustin.*

P. TE Deum laudamus, \* 1er. cœur. te Dominum confitemur.

2d. cœur. Te æternum Patrem \* omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, \* tibi Cœli et universæ Potestates.

Tibi Cherubim et Seraphim \* incessabili voce proclamant :

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus, \* Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt cœli et terra \* majestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus \* Apostolorum chorus.

Te Prophetarum \* laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus \* laudat exercitus.

Te per orbem terrarum \* sancta confitetur Ecclēsia

Patrem \* immensæ majestatis.

Venerandum tuum verum, \* et unicum Filium ;

Sanctum quoque \* Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ, \* Christe.

Tu Patris \* sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, \* non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, \* aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, \* in gloriâ Patris.

Judex crederis \* esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, \* quos pretioso sanguine redemisti.

Æternâ fac cum Sanctis tuis \* in gloriâ numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine : \* et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos ; \* et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies \* benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum : \* et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine, die isto, \* sine peccato nos custodire.

Miserere nostrî, Domine ; \* miserere nostrî.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, \* quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi ; \* non confundar in æternum.

*Leçons durant l'Avent et le jour de l'Annonciation.*

*Absolution et première Bénédiction, p. 11.*

I. LEÇON. *Luc. I.*

I. L. Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit : Ave, gratiâ plena ; Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. (*Génuflexion.*) Tu autem, Domine, miserere nobis.

R. *Tous.* Deo gratias.

R. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum : et expavescit Virgo de lumine. Ne timeas, Maria ; invenisti gratiam apud Dominum, \* Ecce concipies et paries filium, et vocabitur Altissimi Filius.

V. I. L. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus ; et regnabit in domo Jacob in æternum. \* *Tous.* Ecce, etc.

*Seconde Bénédiction pag. 11.*

II. LEÇON.

2. L. QUÆ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei : Ne timeas, Maria : invenisti enim gratiam apud Deum : Ecce concipies in utero, et paries filium. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem

David  
æternu  
*flexion*  
R.  
R.  
\* Spir  
tissim  
tur sa  
V.  
cogno  
\* Spin

P.  
fiet is  
spon  
perve  
tibi.  
cabit  
et ip  
men  
non  
Dixi  
mih  
Tu a  
R.  
R.  
Dom  
et p  
dict  
V.  
pati  
mat  
cari  
V.  
Tot  
C  
sin

David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. (*Génuflexion.*) Tu autem, etc.

R. *Tous.* Deo gratias.

R. Ave, Maria, gratiâ plena; Dominus tecum. \* Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.

V. 2. L. Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: *Tous.* \* Spiritus sanctus, etc.

*Troisième Bénédiction, pag. 12.*

(*Tous se lèvent.*)

III. LEÇON.

P. DIXIT autem Maria ad Angelum: Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideòque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, et ipsa concepit filium in senectute suâ: et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. (*Génuflexion.*) Tu autem, Domine, etc.

R. *Tous.* Deo gratias.

R. Suscipe verbum, Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est: concipies et paries Deum pariter et hominem: \* Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

V. P. Paries quidem Filium, et virginitatis non patieris detrimentum: efficieris gravida, et eris mater semper intacta. *Tous.* \* Ut benedicta dicaris, etc.

V. P. Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto. *Tous.* \* Ut benedicta, etc.

*On ne dit point le Te Deum durant l'Avent, sinon le jour de la Conception de la sainte Vierge.*



A LAUDES.

Ave, Maria, etc.

P. DEUS, in adjutorium meum intende: *1er. chœur.* Domine, ad adjuvandum me festina.

*2d ch.* Gloria Patri, etc.

*1er. ch.* Sicut erat, etc.

*Tous.* Alleluia, ou Laus tibi, Domine, Rex æternæ gloriæ.

*De la Purification à l'Avent, premier Office.*

*Ant. I. L.* Assumpta est Maria in cœlum.

*Ant. I. A.* Assumpta est Maria in cœlum.

*Pendant l'Avent, second Office.*

*Ant. I. L.* Missus est Gabriel Angelus.

*Ant. I. A.* Missus est Gabriel Angelus.

*De Noël à la Purification, troisième Office.*

*Ant. I. L.* O admirabile.

*Ant. I. A.* O admirabile.

PSAUME 92.

*I. A.* DOMINUS regnavit, decorem indutus est: *1er ch.* \* Indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se.

*2d. ch.* Etenim firmavit orbem terræ, \* qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc : \* à sæculo tu es.

Elevaverunt flumina, Domine; \* elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, \* à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris; \* mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis : \* domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.

Gloria Patri, etc.

*Depuis la Purification, premier Office.*

*Ant. Tous.* Assumpta est Maria in cœlum :  
gaudent Angeli, laudantes benedicunt Dominum.

*Pendant l'Avent, second Office.*

*Ant. Tous.* Missus est Gabriel Angelus ad Ma-  
riam Virginem desponsatam Joseph.

*Depuis Noël, troisième Office.*

*Ant. Tous.* O admirabile commercium ! Creator  
generis humani animatum corpus sumens, de Vir-  
gine nasci dignatus est, et procedens homo sine se-  
mine, largitus est nobis suam deitatem.

*Depuis la Purification.*

*Ant. 2. L.* Virgo Maria.

*Ant. 2. A.* Virgo Maria.

*Pendant l'Avent.*

*Ant. 2. L.* Ave, Maria.

*Ant. 2. A.* Ave, Maria.

*Depuis Noël.*

*Ant. 2. L.* Quando natus es.

*Ant. 2. A.* Quando natus es.

PSAUME 99.

*2. A. JUBILATE Deo, omnis terra : \* 2d ch. Ser-  
vite Domino in lætitiâ.*

*1er ch. Introite in conspectu ejus, \* in exulta-  
tione.*

*Scitote quoniam Dominus ipse est Deus : \* ipse  
fecit nos, et non ipsi nos.*

*Populus ejus, et oves pascuæ ejus, \* introite  
portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis,  
confitemini illi.*

*Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Domi-  
nus : \* in æternum misericordia ejus, et usque in  
generationem et generationem veritas ejus.*

*Gloria Patri, etc.*

*Depuis la Purification, premier Office.*

*Ant. Tous.* Maria Virgo assumpta est ad æths-

reum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

*Pendant l'Avent, second Office.*

*Ant. Tous.* Ave, Maria, gratiâ plena, Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus. Alleluia.

*Depuis Noël, troisième Office.*

*Ant. Tous.* Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt Scripturæ : sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum : te laudamus, Deus noster.

*Depuis la Purification.*

*Ant. I. L.* In odorem.

*Ant. I. A.* In odorem.

*Pendant l'Avent.*

*Ant. I. L.* Ne timeas, Maria.

*Ant. I. A.* Ne timeas, Maria.

*Depuis Noël.*

*Ant. I. L.* Rubum quem viderat.

*Ant. I. A.* Rubum quem viderat.

PSAUME 62.

*I. A.* DEUS, Deus meus, \* *1er ch.* Ad te de luce vigilo.

*2d ch.* Sitivit in te anima mea : \* quàm multipliciter tibi caro mea !

In terrâ desertâ, et inviâ, et inaquosâ, sic in sancto apparui tibi, \* ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas : \* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vitâ meâ ; \* et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repletur anima mea, \* et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tuî super stratum meum, in matutinis meditabor in te : \* quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo ; adhæsit anima mea post te ; \* me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ; \* tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo; laudabuntur omnes qui jurant in eo, \* quia obstructum est os loquentium iniqua.

*On ne dit point* Gloria Patri.

PSAUME 66.

DEUS misereatur nostrî, et benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostrî.

Ut cognoscamus in terrâ viam tuam: \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus; \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes: \* quoniam iudicas populos in æquitate, et gentes in terrâ dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes; \* terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: \* et metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, etc.

*Depuis la Purification, premier Office.*

*Ant. Tous.* In odorem unguentorum tuorum currimus: adolescentulæ dilexerunt te nimis.

*Pendant l'Avent, second Office.*

*Ant. Tous.* Ne timeas, Maria: invenisti gratiam apud Dominum: ecce concipies et paries filium. Alleluia.

*Depuis Noël, troisième Office.*

*Ant. Tous.* Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei Genitrix, intercede pro nobis.

*Depuis la Purification.*

*Ant. 2. L.* Benedicta filia.

*Ant. 2. A.* Benedicta filia.

*Pendant l'Avent.*

*Ant. 2. L. Dabit ei Dominus.*

*Ant. 2. A. Dabit ei Dominus.*

*Depuis Noël.*

*Ant. 2. L. Germinavit radix Jesse.*

*Ant. 2. A. Germinavit radix Jesse.*

*Cantique des trois enfans. Dan. 3.*

2. A. BENEDICITE, omnia opera Domini, Domino: *2d. ch.* \* Laudate et superexaltate eum in sæcula.

*1er ch.* Benedicite, Angeli Domini, Domino: \* benedicite, cæli, Domino.

Benedicite, aquæ omnes quæ super cælos sunt, Domino: \* benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.

Benedicite, sol et luna, Domino: \* benedicite, stellæ cæli, Domino.

Benedicite, omnis imber et ros, Domino: \* benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.

Benedicite, ignis et æstus, Domino: \* benedicite, frigus et æstus, Domino.

Benedicite, rores et pruina, Domino: \* benedicite, gelu et frigus, Domino.

Benedicite, glacies et nives, Domino: \* benedicite, noctes et dies, Domino.

Benedicite, lux et tenebræ, Domino: \* benedicite, fulgura et nubes, Domino.

Benedicat terra Dominum: \* laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite, montes et colles, Domino: \* benedicite, universa germinantia in terrâ, Domino.

Benedicite, fontes, Domino: \* benedicite, maria et flumina, Domino.

Benedicite, cete et omnia quæ moventur in aquis, Domino: \* benedicite, omnes volucres cæli, Domino.

Benedicite, omnes bestiæ et pecora, Domino: \* benedicite, filii hominum, Domino.

Benedicat Israel Dominum : \* laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite, sacerdotes Domini, Domino : \* benedicite, servi Domini, Domino.

Benedicite, spiritus et animæ Justorum, Domino : \* benedicite, Sancti et humiles corde, Domino.

Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino, \* laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu : \* laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es, Domine, in firmamento cœli : \* et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

*On ne dit point Gloria Patri.*

*Depuis la Purification, premier Office.*

*Ant.* Benedicta filia tu à Domino, quia per te fructum vitæ communicavimus.

*Pendant l'Avent, second Office.*

*Ant.* Dabit ei Dominus sedem David Patris ejus, et regnabit in æternum.

*De Noël à la Purification, troisième Office.*

*Ant.* Germinavit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, virgo peperit Salvatorem : te laudamus, Deus noster.

*Depuis la Purification.*

*Ant.* I. L. Pulchra es.

*Ant.* I. A. Pulchra es.

*Pendant l'Avent.*

*Ant.* I. L. Ecce ancilla Domini.

*Ant.* I. A. Ecce ancilla Domini.

*Depuis Noël.*

*Ant.* I. L. Ecce Maria.

*Ant.* I. A. Ecce Maria.

PSAUME 148.

I. E. LAUDATE Dominum de cœlis : \* *1er ch.*  
Laudate eum in excelsis.

*2d ch.* Laudate eum, omnes Angeli ejus : \*  
laudate eum, omnes virtutes ejus.

Laudate eum, sol et luna : \* laudate eum, omnes stellæ et lumen.

Laudate eum, cœli cœlorum : \* et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit et facta sunt, \* ipse mandavit et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi ; \* præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terrâ, \* dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, \* quæ faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles, \* ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ et universa pecora, \* serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi ; \* principes, et omnes iudices terræ.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini : \* quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum et terram ; \* et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omniibus Sanctis ejus, \* filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

PSAUME 149.

CANTATE Domino canticum novum : \* laus ejus in Ecclesiâ Sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum ; \* et filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro ; \* in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo, \* et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt Sancti in gloriâ; \* lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum, \* et gladii accipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, \* incrementationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, \* et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: \* gloria hæc est omnibus Sanctis ejus.

PSAUME 150.

LAUDATE Dominum in Sanctis ejus; \* laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus; \* laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ; \* laudate eum in psalterio et citharâ.

Laudate eum in tympano et choro; \* laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: \* omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, etc.

*De la Purification à l'Avent, 1. Office.*

*Ant. Tous.* Pulchra es et decora, filia Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

*Pendant l'Avent, 2. Office.*

*Ant. Tous.* Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

*De Noël à la Purification, 3. Office.*

*Ant. Tous.* Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Alleluia.



*De Noël à l'Avent, 1 et 3 Offices.*

CAPITULE. *Cant. 6*

P. VIDERUNT eam filiæ Sion, et beatissimam prædicaverunt, et reginæ laudaverunt eam.

R. *Tous.* Deo gratias.

*Pour l'Avent, 2 Office.*

CAPITULE. *Isaïe, 11.*

P. EGREDIETUR virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Domini. R. *Tous.* Deo gratias.

HYMNE.

P. O GLORIOSA Virginum,

*1er. ch.* Sublimis inter sidera,  
Qui te creavit parvulum,  
Lactente nutris ubere.

*2d. ch.* Quod Heva tristis abstulit,  
Tu reddis almo germine :  
Intrent ut astra flebiles,  
Cœli recludis cardines.

*1er. ch.* Tu Regis alti janua,  
Et aula lucis fulgida :  
Vitam datam per Virginem,  
Gentes redemptæ, plaudite.

*2d. ch.* Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine ;  
Cum Patre, et almo Spiritu,  
In sempiterna sæcula. R. *Tous.* Amen.

V. LL. Benedicta tu in mulieribus.

R. *Tous.* Et benedictus fructus ventris tui.

*De la Purification à l'Avent, 1. Office.*

*Ant. I. L.* Beata Dei Genitrix.

*Ant. I. A.* Beata Dei Genitrix.

*Depuis Pâques jusqu'au Samedi de la Trinité.*

*Ant. I. L.* Regina cœli, lætare. Alleluia.

*Ant. I. A.* Regina cœli, lætare. Alleluia.

Offices.

t beatissimam  
nt eam.

esse, et flos de  
per eum Spi-  
s.

. Amen.

is tui.

Office.

Trinité.

ia.  
ia.

*Pendant l'Avent, 2. Office.*

*Ant. I. L. Spiritus sanctus.*

*Ant. I. A. Spiritus sanctus.*

*De Noël à la Purification, 3. Office.*

*Ant. I. L. Mirabile mysterium.*

*Ant. I. A. Mirabile mysterium.*

*Cantique de Zacharie ; Luc. I.*

**P. BENEDICTUS** Dominus Deus Israel, \* *1er ch.*  
Quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ.  
*2d. ch.* Et erexit cornu salutis nobis, \* in domo  
David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum, \* qui à sæ-  
culo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, \* et de manu om-  
nium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nos-  
tris, \* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem  
nostrum, \* daturum se nobis.

Ut sinè timore de manu inimicorum nostrorum  
liberati, \* serviamus illi.

In sanctitate et justitiâ coram ipso, \* omnibus  
diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis ; \*  
præbis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, \* in  
remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, \* in qui-  
bus visitavit nos oriens ex alto ;

Illuminare his qui in tenebris et in umbrâ mor-  
tis sedent ; \* ad dirigendos pedes nostros in viam  
pæcis.

Gloria Patri, et Filio, etc. .

*De la Purification à l'Avent 1. Office.*

*Ant. Tous.* Beata Dei Genitrix Maria, Virgo per-  
petua, templum Domini, sacrarium Spiritûs sancti :  
sola sine exemplo placuisti Domino nostro Jesu

Christo ; ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu.

*Depuis Pâques jusqu'au Samedi d'avant la Trinité.*

*Ant. Tous.* Regina cœli, lætare, alleluia : quia quem meruisti portare, alleluia : resurrexit sicut dixit, alleluia : ora pro nobis Deum, alleluia.

*En l'Avent, 2. Office.*

*Ant. Tous.* Spiritus sanctus in te descendet, Maria : ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia.

*P. Kyrie, eleison,*

*Tous.* Christe, eleison.

*P. Kyrie, eleison,*

*V. Domine, exaudi orationem meam,*

*R. Tous.* Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

*P. DEUS,* qui de beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti ; præsta supplicibus tuis, ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *R. Tous.* Amen.

*De Noël à la Purification, 3. Office.*

*Ant. Tous.* Mirabile mysterium declaratur hodiè, innovatur natura, Deus homo factus est, id quod fuit permansit, id quod non erat assumpsit, non commixtionem passus neque divisionem.

*P. Kyrie, eleison, etc.*

OREMUS.

*P. DEUS,* qui salutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcundâ humano generi præmia præstitisti : tribue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. *P. Tous.* Amen.

*Antienne à saint Joseph.*

P. FIDELIS servus et prudens, *Tous.* Quem constituit Dominus suæ Matris solatium, suæ carnis nutritium, et solum in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum.

V. LL. Ecce homo sinè querelâ, verus Dei cultor.

R. *Tous.* Abstinens se ab omni opere malo, et permanens in innocentia suâ.

OREMUS.

P. SANCTISSIMÆ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Domine, meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

R. *Tous.* Amen.

*De Noël à l'Avent, 1 et 3 Offices pour les Saints.*

Ant. P. Sancti Dei omnes, *Tous.* Intercedere dignemini pro nostrâ omniumque salute.

V. LL. Lætamini in Domino, et exultate, justi.

R. *Tous.* Et gloriâmini, omnes recti corde.

OREMUS.

P. PROTEGE, Domine, populum tuum, et Apostolorum Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem perpetuâ defensione conserva.

OMNES Sancti tui, quæsumus, Domine, nos ubiquè adjuvent; ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus; et pacem tuam nostris concede temporibus, et ab Ecclesiâ tuâ cunctam repelle nequitiam: iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue, et omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per, etc.

R. *Tous.* Amen.

V. P. Domine, exaudi orationem meam;

**R.** *Tous.* Et clamor meus ad te veniat.  
**V.** *P.* Benedicamus Domino.  
**R.** *Tous.* Deo gratias.  
**V.** *P.* Fidelium animæ per misericordium Dei requiescant in pace. **R.** *Tous.* Amen.

*En l'Avent, 2 Office pour les Saints.*

**Ant.** *P.* Ecce Dominus veniet, *Tous.* Et omnes Sancti ejus cum eo; et erit in die illâ lux magna, alleluia.

**V.** *LL.* Ecce apparebit Dominus super nubem candidam :

**R.** *Tous.* Et cum eo Sanctorum milia.

OREMUS.

**P.** CONSCIENTIAS nostras, quæsumus, Domine, visitando purifica; ut veniens Jesus Christus Filius tuus Dominus noster, cum omnibus Sanctis, paratam sibi in nobis inveniat mansionem : qui tecum, etc. **R.** *Tous.* Amen.

**V.** *P.* Domine, exaudi orationem meam;

**R.** *Tous.* Et clamor meus ad te veniat.

**V.** *P.* Benedicamus Domino.

**R.** *Tous.* Deo gratias.

**V.** *P.* Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. **R.** *Tous.* Amen.

**V.** *P.* Dominus det nobis suam pacem,

**R.** *Tous.* Et vitam æternam. Amen.

*Après on dit une des Antiennes de la Vierge,  
selon le temps.*

*Depuis la Purification jusqu'au Jeudi-Saint.*

ANTIENNE.

**P.** AVE, Regina cœlorum  
**Tous.** Ave, Domina Angelorum :  
Salve, radix; salve, porta,  
Ex quâ mundo lux est orta.  
Gaude, Virgo gloriosa,  
Super omnes speciosa.  
Vale, ô valde decora!  
Et pro nobis Christum exora.

V. LL. Dignare me laudare te, Virgo sacrata :  
R. *Tous.* Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS.

P. CONCEDE, misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium ; ut qui sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. *Tous.* Amen.

V. P. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. *Tous.* Amen.

*Depuis Complies du Samedi-Saint jusqu'à None du Samedi avant la Trinité.*

ANTIENNE.

P. REGINA cœli, lætare, alleluia ;  
Quia quem meruisti portare, alleluia,  
Resurrexit sicut dixit, alleluia.  
Ora pro nobis Deum, alleluia.

V. LL. Gaude et lætare, Virgo Maria, alleluia.

R. *Tous.* Quia surrexit Dominus verè, alleluia.

OREMUS.

P. DEUS, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es: præsta, quæsumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. *Tous.* Amen.

*Depuis la Trinité jusqu'à l'Avent.*

ANTIENNE.

P. SALVE, Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus exules filii Evæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hâc lacrymarum valle. Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende, ô clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria !

v. LL. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix ;  
r. *Tous.* Ut digni efficiamur promissionibus  
Christi.

OREMUS.

P. OMNIPOTENS, sempiternæ Deus, qui gloriosæ  
Virginis matris Mariæ corpus et animam, ut dig-  
num Filii tui habitaculum effici mereretur, Spi-  
ritu sancto cooperante, præparasti : da ut cujus  
commemoratione lætamur, ejus piâ intercessione  
ab instantibus malis et à morte perpetuâ libere-  
mur. Per eundem Christum Dominum nostrum.  
r. *Tous.* Amen.

*Depuis les Vêpres du Samedi d'avant le premier  
Dimanche de l'Avent, jusqu'à la Purification.*

ANTIENNE.

P. ALMA Redemptoris Mater, quæ pervia cœli  
Porta manes, et stella maris, succurre cadenti  
Surgere qui curat, populo : tu quæ genuisti,  
Naturâ mirante, tuum sanctum Genitorem :  
Virgo prius ac posteriùs, Gabrielis ab ore  
Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

*Pendant l'Avent.*

v. LL. Angelus Domini nuntiavit Mariæ  
r. *Tous.* Et concepit de Spiritu sancto.

OREMUS.

P. GRATIAM tuam, quæsumus, Domine, menti-  
bus nostris infunde, ut qui, Angelo nuntiante,  
Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per  
passionem ejus et crucem, ad resurrectionis glo-  
riam perducamur. Per eundem Christum Domi-  
num nostrum. r. *Tous.* Amen.

*Depuis les premières Vêpres de Noël jusqu'à la  
Purification inclusivement, 3 Office.*

OREMUS.

P. DEUS, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ vir-  
ginitate secundâ, humano generi præmia præsti-

tisti; trlue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. R. *Tous.* Amen.

v. p. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. *Tous.* Amen.

ibus

riosæ  
dig-  
Spi-  
cujus  
sione  
bere-  
trum.

emier  
ion.

cœli  
ti

menti-  
tante,  
s, per  
is glo-  
Domi-

u'd la

riæ vir-  
præsti-



*P. signifie* Préfet ou Présidente.

*1. A. ....* Premier Assistant.

*2. A. ....* Second Assistant.

*1. L. ....* Premier Lecteur.

*2. L. ....* Second Lecteur.

*LL. ....* Les deux Lecteurs.

*Le 1er. chœur est à la droite du Préfet.*

*Le 2d. chœur est à sa gauche.*

